



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus,  
quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem  
promovendam sunt usi ; Malorvm Qvoqve Sacerdotvm infelici interitu,  
radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro  
commodiori Sacramentorum & ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1681**

§.2. Exempla Spei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](#)

quæ omni modo nos à DEO divellit, tollens fidem, DEO vero primo quasi vinculo unientem, & ligantem.

Abbas Cosmas cùm sepultus fuisset juxta sepulchrum a iusdam Episcopi, qui hæreticus fuerat, pluribus noctibus mare auditus est: Noli me tangere, Hæretice, noli mihi propinquare, inimice Ecclesiæ sanctæ DEI. Et hic clavis per longum tempus duravit, ut significaret audientibus quæ opere abhorruerit ipse ab Hæreticorum converratio ne. Prat. spirit. c. 40.

S. Antonius de Padua tanta cum contentione advenia Hæreses pugnabat, ut perpetuus Hæreticorum Malleus fuit appellatus, quemadmodum de ipso Breviarium Romanum 13. Jun. testatur.

P. Petrus Faber Societatis JESU primus Sociorum Ignatii, quamquam in pertractandis Hæreticorum mentis lenissimus erat, tamen eos, & eorum omnia sic abhorrebat, Catholicisque censebat, ut ne tum quidem audiret esse diceret, cùm recta præciparent; negaretque divinitati Majestati gratum esse, ut eorum ad nutum, voluntatem vel institueretur aliquid in Ecclesia DEI, vel meliore formam reformaretur; ut enim multa vera interdum Demonum, non tamen ex veritatis spiritu confitentur, sic illi et si multa interdum salutaria & bona præcipiant, ea tam quoniam non bono præcipiuntur spiritu, minimè grauitate accepta esse DEO. Hist. Soc. p. 1. l. 4. n. 102.

P. Edmundus Augerius Soc. JESU Sacerdos quadraginta Hæreticorum millia ad fidem Catholicam perduxit, etiamque ab Hæresi jamjam invalesceante sic purgavit, ut liber Patriæ, Conservator Fidei, restitutor salutis publicus ceretur, uti de eodem Biblioth. Soc. refert.

## §. II.

### *Exempla Spei à Sacerdotibus relictæ.*

I. Quod olim Philistæ fecisse dicuntur, dum videntur Samsonem tam admiranda opera patrare, omnibus modis laborârunt, ut cognoscerent, in quo ejus robur consistere, cùmque intellexissent, eam in capillis consistere, non quæ verum.

DEO venunt; donec hos illi cripuerint; id ipsum Dæmon circa Sacerdotes facere conatur; advertit namque etiam ipse, quām multa ac præclara opera pro amore & gloria DEI, ac Proximorum salute patruntur; ex altera verò parte pariter non ignorat, quod ab Isaia c. 30. dictum sit: *In silentio & spe erit fortitudo vestra;* hinc omnibus viribus laborat, ut hanc spem ipsis cripiat. Id quod benè S. Ignatius advertit, cuius solemnis vox erat, operatiis in vinea Domini ante omnia extundum esse, ut seipso vincant, omnesque timores abjiciant, qui DEI fiduciam minuant, impediāntque, quod minus spem suam in uno DEO constituant; noverat videlicet S. Pater, quid S. Bernhardus f. 9. in Psalm. Qui habitat, dicit: *Tantum per nos operabitur Deus, quantum se nostra in eum fiducta extenderit.* Unde meritò S. Cyprianus illa Deut. 11. verba: *Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit.* hoc applicat, dum ait: *Pes vester utique pes vestra est, & quantumcumque illa processerit, obtinebit.* Porro spes hæc, quæ à S. Alberto Magno in parad. anim. c. 21. definitur, certa expectatio future beatitudinis, preventiens ex gratia DEI, & meritis præcedentibus, in tribus præcipue occasionibus ostendi debet, & verò etiam à non paucis egregiè demonstrata est.

II. Prima occasio est, in alimentis, aliisque rebus ad corporalem vitam conservandam necessariis, ubi à Sacerdotibus omnis inordinata sollicitudo tantò audaciùs deponenda est, quantò justiorem habet titulum ea à DEO petendi & expectandi; si enim quærentibus regnum DEI & justitiam eius omnia hæc adjectum iri Christus Matth. 6. prædixit, quis justius hæc speret, quām Sacerdotes, quorum primarius scopus est, efficere, ut DEUS per gratiam in ipsis, & animabus curæ ipsorum commissis regnet? Tales certè non im-meritò cum Apostolis Luc. 22. Christo quærenti: *Quando misi vos sine fæculo & pera, & calceamentis, numquid aliiquid defuit vobis?* respondere poterunt: *Nihil.* Porro similem occasionem non à paucis Sacerdotibus vel aliis Clericis peregregiè fuisse arreptam, ex sequentibus exemplis pater.

S. Franciscus Seraphicus suis Filiis seu Religiosis non aliud dare viaticum solebat, quām illum Psalmi 54. versiculum:

culum: *Iacta super Dominum curam tuam; Et ipse te tristet.* Romano autem Pontifici de alimentis acquisitent sciscitanti respondit: *Matrem quidem habemus pauperem sed divitem Patrem. In vita.*

S. Ignatius Lojola solebat frequenter dicere: *Iadem cogitatum nostrum in Dominum, Et ipse nos enutriet, remus in Domino, Et faciamus bonitatem, Et pascemur vitiis ejus.* Mirantibus, quomodo tam difficulti tempore nullis certis redditibus tot è nostris aleret, respondit: nescitis, quantas vires spes in DEUM habeat? vel ignotis, parùm illi esse loci, ubi omnia abundè suppetuntur? explorata si essent, & manu tenerentur, ubi esset nostra spes enim, quæ videtur, non est spes. Ribad. I 5. vit. c. 3.

P. Balthasar Alvarez è Societate J E S U cùm esset regis cuiusdam Collegii Rector, habebat Ministrum valde sollicitum, qui anxius ad ipsum currebat, significans, quæ essent, & necesse esset statim prospicere. Cui vir sanctus spondebat: *Quain anxius venit P. Minister? communione id cum Domino DEO nostro?* respondebat ille: *huc non habui tempus orandi.* Et tunc cum magna tristitia dimisit illum, dicens: *hoc debuit esse primum.* Eas ad cubiculum, & ores, & offeras tuam orationem, postea revertaris huc. Cogitas gregem hunc non habere Dominum? Dominum autem talēm habet, cui non est parvi constitit, ut perire permittat. Eas in pace, & copiose hoc non à tua industria pendere. Discedebat P. Minister ut faceret, quod Pater præscribebat, & tæpe, quando restabatur, inveniebat prospectum jam esse necessitati per diu judicio suo prodigiosa, id promerente fiducia & fiduciate sui Rectoris in DEUM. Vita c. 23.

III. Altera occasio Spei & Fiduciæ exercenda se ostendit in vocationis adimplenda obligatione, seu in quotidianis functionibus ad Sacerdotem pertinentibus ritè obeundis, ubi salubris S. Pauli ad Philip. c. 2. adhortatio ob oculos litterarum debet Sacerdotibus: *Itaque carissimi mei (sicut semper obediisti) non ut in praesentia mei tantum, sed multo numeris nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestrum (et aliorum) salutem operamini; DEUS est enim, qui preparatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate; Unde*

mentio quivis Sacerdos cum S. Bernardo l. 3. de 7. pan. dice-  
re poterit: *Tria considero, in quibus tota spes mea consistit,*  
*caritatem adoptionis (& vocationis) veritatem promissio-*  
*nū, (quā Apostolis & omnibus eorum Posteris promisit*  
*Matth. 24. Ego vobiscum sum usque ad consummationem*  
*(Iulii:) potestatem redditionis, id quod egregiè iterum ob-*  
*levarunt sequentes Sacerdotes.*

S. Paulus Apostolus, quantam de divino auxilio fidu-  
ciam conceperit, clare Corinthiis indicavit, dicens 2. Cor.  
1. Non enim volumus ignorare vos, Fratres, de tribula-  
tione nostra, qua facta est in Asia, quoniam supra modum  
gravata sumus, supra virtutem, ita ut taderet nos etiam  
vivere. Sed ipse in nobis responsum mortis habuimus, ut non  
simfidentes in nobis, sed in DEO, qui suscitat mortuos,  
qui de sanis periculis eripuit nos, in quem speramus, quo-  
nam & adhuc eripiet. Sed & ad Philip. 4. intrepidè dixit:  
*Omnia possum in eo, qui me confortat.*

S. Nicolaus, cùm onus Episcopatus vehementer refuge-  
ret, postquam tamen humeris suis impositum vidit, certò  
credidit, DEUM sibi ad id portandum copiosas vires datu-  
rum, adeoque cum magna alacritate & satisfactione susti-  
nuit. Leontius Justin. in vit.

S. Franciscus Xaverius, ubiunque divinus honor age-  
batur, nulli cedebat difficultati, periculō; ita nihil mo-  
liebatur, quod non efficeret: nihil inchoabat, quod non ab-  
solveret, uti Tursellinus l. 4. vit. c. 9. testatur. Sed & ipse  
suum fiduciam satis indicavit, dum l. 2. epist. ep. 2. de pericu-  
lo naufragii, quod aliqui metuendum dicebant, sic scribit:  
*Noluit DEUS nos perdere, ut usu docti intelligeremus,*  
*quam in firma sint opes nostra, quoties aut nostris usuribus, aut*  
*præsidis nittimur humanis; nam ubi senseris, quam falla-*  
*cei sint spes tua, & humanis opibus omnino diffusus in solo*  
*DEO, qui unus pericula ipsius causâ suscepta facile pro-*  
*pulsare potest, spem omnem posueris, tum vero placide ex-*  
*perieris, DEI imperio ac nutu omnia gubernari, & quan-*  
*tumvis vita discrimen pra calestibus gaudis, qua in tali*  
*tempore divinitus imperiri solent, esse contemnen-*

De Jacobo Merlohorstio Sacerdote seculati, & P[ro]p[ri]etate B. MARIAE Virginis in Pasculo Coloniae sic scribit Antonius Sa-  
vitæ c. 22. Amor divinus, Deique perspecta semper præ-  
tia fiduciam generabat, quæ, dum ardua DEI causa suscipie-  
da viderentur, divino fretus auxilio fortiter aggredens  
urgeter constanter, nec desisteret antè, quam ad exitum  
duxisset, nec hic hominum offensam, judicia, contem-  
p[er]ve verebatur, aut quidquam hujusmodi, vel ullius por-  
tiam pertinenciam esse judicabat; nam qui jam ipsi  
monibus fortior eos in certamen lacescebat, nihil humana  
vel creatum formidabat, experientiâ doctus, à provide-  
divina res suas paternè gubernari, ad virtutis augmenta-  
& DEI gloriam auctiorem expertus, etiam quoties viri  
ficerent humanæ, præsens & divinum auxilium subvenie-  
nihilque spe & summa in DEUM conceptâ fiduciâ poterant  
ad quidvis in DEI causa feliciter perficiendum.

IV. Tertia occasio est, ut firmam de præmio attinet  
beatitudinis olim conferendo spem concipiat; hinc & ha-  
non modicum robur accipiet, ad omnes labores & tribula-  
tiones in munere suo occurrentes fortiter superandos, & me-  
semper ob oculos habiturus sit, quod S. Paulus ad Romanos  
scripsit, non esse scilicet condignas passiones hujus tempore & Pe-  
ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis: Omnia tem-  
tem opus, teste S. Hieronymo in epist. leve fieri soleat, & h[oc]i  
ejus premium cogitatur, Et spes præmissi solarium sit labo-  
Id quod in Sacerdotibus tantò magis locum habet, quia  
nobiliores, dignioresque sunt labores, quos suscipiunt; & bala-  
enim juxta S. Dionysium Areopagitam, omnium divinorum  
divinissimum sit cooperari DEO in salutem animarum, & cum  
ritò majus quoque, perfectiusque tali cooperationi pre-  
mium respondebit, atque adeò multò magis Sacerdos Christi  
quam olim Jacobo Patriarchæ omnes anni in suo mortuus  
consumpti videbuntur dies pauci præ amoris, quo no-  
mortalem Rachelem, sed immortalem Deitatem di-  
fruendam feruntur, magnitudine. Unde rectè dixit Iacobus Sag-  
c. 40. Quis sperant in Domino, mutabunt fortitudinem  
current, Et non laborabunt: ambulabunt. Et non deficit uite  
Sed dicent potius cum S. Davide Ps. 4. In pace in idyllo  
dormiam, Et requiescam, quoniam tu, Domine, singula libe-



& Pater in spe constituiisti me. Id quod variis iterum exemplis  
sit Aut Sacerdotes diversi comprobaverunt.

S. Paulus seipsum assiduo spe præmii & felicitatis æter-  
næ suscipere solabatur; hinc ad Timotheum 2. c. 1. scripsit: Scio, cum  
redem eridam, Et certus sum, quia potens est depositum meum ser-  
vitum rite in illum diem. Sed & ad Hebreos c. 6. Fortissimum,  
tempore habemus solatium, qui consurgimus ad tenendum pro-  
pus post postam spem, quam sicut anchoram habemus anima tutam  
ipsum & firmam, Et succedentem usque ad interiora velaminis,  
cum præcursor pro nobis introivit, IESVS secundum ordi-  
nem Melchisedech Pontifex factus in aeternum. Hinc Co-  
gmetis Iohannes 1. c. 15. hortatur: Itaque fratres mei dilecti, stabili-  
s viri, estote, Et immobiles, abundantes in opere Domini sem-  
per, scientes, quod labor vester non est inanis coram Deo  
poterimus.

S. Bernardus, cum gravi morbo afflicetus jam pene ex-  
tremum spiritum traheret, visus est sibi ante tribunal DEI  
inestate, ubi cum gravibus & improbis accusationibus à Dœ-  
cembre accusatus fuisset, respondit tibi: Fatoe, nec mihi, nec  
dos, mei actionibus debeti cœlum: tanto præmio indignissi-  
mus. At verò duplici jure Dominus meus id obtinuit,  
tempore & patris hereditate, & crucis perpessione, altero ipse con-  
sumptus, alterum mihi donat. Ab hoc dono me quoque illius  
est, ut hæredem fore confido.

P. Vincentius Caraffa Generalis Societatis JESU tanti  
tempore, quandoque spem faciebat, ut dicere auditus sit, vel minimum da-  
unt; citationis de salute, cladéve semipterna pluris homini esse  
vivere certissimo, ingentique rerum temporalium lucro; &  
cum DEUS alicui ad opes, dignitatésque currenti vitam,  
oni neque simul omnem intercidit, tacitè illi innuit, quod  
ordonebat Christus Petro: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem  
meum opus.

V. Merito ergo Sacerdotes omnes illis Psalmista Ps. 61.  
et verbis alloquor: Sperate in eo omnis congregatio Populi (82  
xiiii Sacerdotum) Et effundite coram illo corda vestra. DEVS  
adjuvor noster in aeternum. Et si omnia alia amiseritis, no-  
tice amittere confidentiam, qua magnam habet remunera-  
tionem, S. Paulo teste ad Hebr. 10. & in qua omne vestrum  
robur & fortitudo consistit. Dicite proin cum Propheta,  
Instruct. LX.

98 *De Exemplis Caritatis.*

milliesque repetite: *Mihi autem adherere DEO meo habet  
est, & ponere in Domino DEO spem meam; quia per hanc  
& gratiam necessariam in praesenti vita obtinebo, & confide-  
sam gloriam in futuro.*

§. III.

*Exempla Caritatis Divinæ à Sacer-  
dotibus relicta.*

I. Tertia virtus theologica Caritas vocatur, quæ aliud est, quam talis virtus, per quam DEUS diligit ppter se, & omnia alia propter DEUM, quæ proin Regina virtutum appellatur, eò quod sicut Ancillæ servit, Reginæ, ita virtutes reliquæ Caritati ancillantur, id est, eandem tanquam finem ordinantur. Unde his tribus virtutibus theologicis merito illa Canticorum c. 6. verbazcantur: *Quæ est, quæ progreditur quasi aurora consurgens pulchra ut Luna, electa ut Sol; anima enim, quatenus fidem à tenebris ignorantiae, cæxitatis, & infidelitatis alienam veritatis & notitiam JESU Christi perducitur, poterat neque proredi quasi aurora consurgens: quatenus per spem suavitatur, & clarior redditur, pulchra ut Luna efficitur: Contra verò luci increatae per caritatem jungitur, electa ut Sol divinitus incipit.*

II. Porro Sacerdotes ob tres potissimum causas huiusmodi specialiter studere debent. 1. Quia, cum à DEO ad cor cordiorum velut statum altissimum elevati sint, atque plures etiam ad eum ritè sustinendum gratias & dotes accipiunt, rectè arguunt, se plus etiam à DEO dilectos esse, idéoque omnem conatum adhibere debent, ut tanto amorem respondent: *Nulla enim major est ad amorem invisa* teste S. Augustino, quam amore prævenire; *& nimis deinde est animus, qui, si dilectionem nolit impendere, nolit eti-  
pendere.* 2. Quia hæc virtus est suimè necessaria ad operationes sacerdotiales fructuose obseundas; nam, ut sapientius S. Gregorius hom. in Evang. norat, non habet aliquid distans ramus boni operis, si non manet in radice caritatis; & ut S. Leo confirmat, nihil est fructuosum, quod non ad huiusmissionis partem ediderit. Unde, teste Richardo, non dicitur